



Universitati Macgilliana
COLLEGIVM CANTVARIENSE
SALVTEM DICIT PLVRIMAM

REPUTANTIBUS nobis antiquitatem famam
magnitudinem uniuersitatum in aliis orbis
terrarum partibus florentium subiret for-
tasse dubitatio an iuuenum speciem missis ad uos hu-
iusce modi litteris cum senibus conuictum quaerentium
praeberemus, nisi neque ulli rei non necessitatem impos-
uisse principium et studiorum communitatem tamquam
uinculum caritatis esse recordaremur. celebraturi
igitur proximo anno mensis Maii die tertio decimo et
insequentibus duobus diebus semisaecularia collegii
nostri sacra uos audemus orare ut ex ordine professorum
uestrorum amplissimo unum ad nos mittatis legatum
qui nobiscum sacra concelebrat. quod si obstabunt im-
mensa spatia itinerum interiecta quominus ex uobismet
ipsis quisquam huic inuitationi obsequatur, alumnorum
forsitan in hac orbis terrarum parte habitantium aliquem
possitis delegare quem feriis nostris interesse gaudeamus.
illud utique pro certo habetote si quem potueritis laet-
itiae nostrae adlegare participem hunc nos maxima
beneuolentia hospitem esse accepturos. ualete.

Dabamus Christi Aede die xii mensis Augusti

AS MCMXXII

Seuices type Beland

Praeses Consiliariorum

Carolus Chilton

Rector

Leonardus A. Stringer

Tabularius